


Acta Capituli
Provincialis Dominici
Mexico, 1650

JOHN CARTER BROWN
LIBRARY

Purchased from the
Trust Fund of
Lathrop Colgate Harper
LITT. D.





Acta 1577 276



ACTA CAPITVLI PROVINCIALIS

CELEBRATI IN REGALI CONuentu S. P. N. DOMINICI de Mexico, die 21. Mensis Maij, Anno Dñi 1650.

MEXICI: Ex Officina Ioannis Ruyz.

31.

31.
31.
62
62.
62.
62.
62
310 | 38
188.

48.


76
310 | 38.
8

23.
23.
26.
26.
26.
26.
26.

45.
3.
49:
3. 6.
48. 6.

22.
20. 4.
31 | 4
2
94.4

9 99
9



IN NOMINE SANCTISSIMÆ TRINItatis Patris, & Filij, & Spirit⁹ SANCTI, ET BEATÆ MARIÆ SEMPER VIRGINIS, ET BEATI P. N. DOMINICI, OMNIVMQVE SANCTORVM, ET SANCTARVM DEI.





ÆC ſunt acta Capituli Prouincialis celebrati in Conuentu Regali Sancti DOMINICI de Mexico, huius noſtrę Prouincię Sancti Iacobi Ordinis Prædicatorũ, 21. die Menſis Maij, anno Dñi 1650. ſub R. A. P. N. Fr. Ioanne de Paredes Prędicatore Generali, & Rectore Collegij Sancti Dñici de Portacœli, in Priorem Prouincialem ſummo grauiorũ PP. conſenſu electo, & Authoritate Appoſtolica confirmato, Diffinientibus vnanimiter RR. Adm. PP. Fr. Didaco de Monroy Magiſtro quondam Prouinciali, Fr. Ludouico de Orduña Magiſtro, Fr. Petro Lopez Vicario de Tlahuac, & Fr. Didaco Garcia Prędicatore Generali.

 Iſtæ

Istæ sunt absolutiones.

IN primis absoluimus omnes Suppriores, & Vicarios huius nostrę Prouinciæ.

Istæ sunt denunciationes.

DEnunciamus instante electione Prouincialis huius Prouincię, cum varia dubia suborirentur circa Acta capituli Generalis vltimo cęlebrati Valentię 1647. ibi pro hac Prouincia Mexicana. num. 1. fol. 37. confirmamus super illa verba *volentes, quòd in proximum vaccantia Prouincialatus, Prior Angelopolitanus sit Vicarius Generalis Prouincię*; An locum haberet in spatio sexdecim dierum interueniente dilatione diei celebrationis Capituli? sabathum pręcedens Dominicam 4. Post octauas Paschę Deus, à quo bona cuncta procedunt, dies est in hac Prouincia electionis Prouincialis signata; quę antecedenti Capitulo Prouinciali euenit 5. die Maij 1646. illoque tempore occurrebat dubium; an Prouincialatus quadriennium spirasset, expletumque esset?

Non paruam ministrabant difficultatem variæ pro hac Prouincia tàm Capitulorum Generalium, quàm Prouincialium dispositiones, & vt grauissimis his inconuenientibus occurreret R. A. P. N. M. Fr. Lazarus de Prado Prior Prouincialis, conuocato grauiorum Patrum Prouincię Concilio die 13. Ianuarij huius anni: re diligẽter inspecta; auditisquè eorum placitis, stando maiori Parti Concilij, authoritate Apostolica sibi in dubijs declarandis concessa, pręcipuèque Capituli Generalis Paris. 1611. inserta in Constitutionibus dist. 2. c. 5. in glos. litt. A. in fine glos. *ibi*: Vt si, quę circa acta Capituli Generalis immediatè celebrati difficultates, & dubia suboriantur post Capitulum Prouinciale; Prouinciales, ea explicare, & declarare possint. Declarauit, quod cum dies signa-

signata electionis Prouincialis in hac Prouincia sit..Sabathum Dominicę 4. post octauas Paschæ; sequaturque necessario Pascha, & consequenter annum ecclesiasticum, de illo intelligi debere quadriennium Prouincialatus in hac nostra Prouincia: ne semper circa vaccantiam officij sit in dubio posita; par enim ratio militat, cum Sabathum prędictum antecedit, pręceditvè; proindeque vaccantiam Prouincialatus, non interuenire circa quam Capitulum Generale prędictum dispo-nit. Qua declaratione data absolutoque concilio pro securitate conscientię Fratrum Prouincię litteris patentibus prædictam declarationem denunciare mandauit.

Cui declarationi, vtentes prędicta concessione præcitata, Cap. G. in constitut. contenta: standum esse denunciamus. Specialiq; auctoritate, qua in hac parte fungimur S. D. N. Clementis VII. Romæ 11. Iulij 1632. anno 9. sui Pontificatus, & RR. Magistri Generalis Ioannis Fenarij, & Castelion actorumque Capitulorum Generalium Romæ 1580. Prouinciali cum Diffinitoribus in Capitulo Prouinciali commissa innouamus, confirmamus, & approbamus.

Omniaque acta, & declarationes per dictum R. P. facta; firma, ac valida fuisse; ipsumque prosecutum fuisse quadriennium sui Prouincialatus, vt pote sui officij terminum pręfixum, vsque dum Vicarius electionis, Prior videlicet Mexicanus, vbi Capitulum electionis Prouincialis fuerat signatum, ad electionem consueto signo processit, & Capitulares conuocauit.

Item denunciamus R. P. N. Magistrum Fr. Lazarum de Prado prędecessorem, exhibuisse literas patentes R. P. N. M. Generalis ad electionem Prouincialis spectantes, quę coram omni Prouincia in Capitulo congregata perlectę, & manifestatę fuerunt, tenoris sequentis.

IN Dei Filio sibi dilectis RR. PP. Vocalibus Prouinciæ nostræ Sancti Iacobi de Mexico. Fr. Thomas Turcus, Sacræ Theologiæ Professor, ac Ordinis Prędicatorum Magister Generalis salutem. Instante electione noui Prouincialis

in nostra Prouincia Sancti Iacobi de Mexico, muneri meo deficere arbitrarer, si cum nõ possim voce, caracteribus istis saltim PP. VV. ad pacificam electionem optimi capitis adhortari negligerem. cognosco (id fateor) PP. Vestrarum prudentiam, charitatem, & zelum. Vnde certò expectare possum, quòd tanquam discipuli Christi, qui dixit Apostolis, in hoc cognoscent omnes, quòd discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem;& tãquam veri professores nostrarum legum, quarum primum initium est,vt habentes cor vnum,& animam vnam in Domino vniformes,& concordes in obseruantia professionis Dominicanę viuatis. hoc vnum prę oculis habebitis vt remota ambitione, & terrenarum rerum cupiditate ad commune bonum huius Prouinciæ promouendum concordi animo, & pacificis factis conueniatis, verum, quis ignoret, quod sæpius accidit, vt dormientibus hominibus inimicus superseminet zizaniam in medio tritici, quia vbi homines ad solam Dei gloriam, & bonum commune ordinis invigilant, de facili intra cordis viscera recipiuntur zizania ambitionis, & proprij amoris, quæ eo maiora referunt damna, quo in medio tritici sunt seminata, idest in cordibus virorum aliàs expectatę vitę, & prudentię singularis pullulant sub specie charitatis, & zeli publici profectus. Hortor vos igitur vt vigiletis ad sapientiam, & de mane vigiletis; hoc est iteratò, atque iteratò,& non deficienti mentis studio caueatis, ne subintret quid humani in vobis, quod opus Dei destruat, & mutuæ concordiæ necem, & Prouinciæ perniciem ferat. Hortor vos, vt considerantes statum Prouinciæ huius, & diligenter considerantes, qui abusus in ea irrepserint, quę scandala eius pulchritudinem deturpauerint, quæ pericula inobedientiæ immineant, si deficiat obseruantiæ spiritus si tepescat in fratribus assiduitas studendi, si torpescant ad orationem, si negligentes ad officia prædicationis,& salutis proximorum, & pensantes, quę remedia adhibenda, quibus medijs restaurandi Parietes diruti, & quibus fulcimentis firmandi alij ne cadant, & vt vno verbo, qualiter prouidere

debea-

debeatis Prouinciæ vestræ eligatis vobis, Virum strenuum, qui nouus Dauid valeat stare contra gigantes subditos, scilicet rebelles, & contumaces, & animum habeat ad ædificandum domum, & Templum Domino, ad extruendam nimirum hanc Prouinciam in Domum, quam deceat sanctitudo in longitudinem dierum. Hæc à vobis prestanda certò certius sperans, abstineo à proponendis PP. vestris aliquibus eligendis, quos ego magis virtutibus ornatos, & ad regendum idoneos iudicare possem: confido enim quòd vos tãquam boni artifices eligetis vobis forte lignum, & imputribile virum, scilicet, qui fortitudine animi minas, pericula, & damna contemnat, & rectitudine mentis nec obsequiis, nec muneribus, nec fauoribus corrumpatur. Vt hoc modo simulacrum, quod non moueatur seu Superiorem, qui à rectitudine iustitię flecti non posit, habere valeatis. Sic agite Patres, & in nomine Domini conuenientes, vobis virum, qui maiorum virtutes emuletur vobis eligite. Harum vero occasione cum intellexerim contributionem, quæ pro communibus indigentiis Prouincię colligitur in priuatos vsus expendi: volentes, huic damno prouidere: missimus pręceptum Patri Procuratori Prouinciæ pro tempore, cuius exemplar transmittimus, mandantes PP. Diffinitoribus Capituli, vt omnino curent illud executioni mandari. Valete, Deumque pro nobis, & Sociis fore deprecaturi. Romæ, 20. Augusti 1649. PP. V. V. conservus in Domino Fr. Thomas Turcus Mag. Ordinis.

Denunciamus ad nos peruenisse acta Capituli Generalis Valentię millessimo sexcentessimo quadragessimo septimo: quæ supplici (qua par est) obedientia acceptamus: his exceptis, quæ pro hac Prouincia num. 1. fol. 36. habentur. ibi: *Confirmamus, quod in Capitulo Generalißimo fuit acceptatum, & denuntiatum, nempe Breue Appostolicum. &c.* de quo, & de quibus in, & iuxta & secundùm, quod priuilegia huic nostrę Prouincię concessa, & iura permittunt humilem habuit recursum, interposuit què supplicationem hęc nostra Prouincia ad Reuerendissimi P. N. Mag. Generalis sedem; à qua vsque nunc deside-

desideratur responsum: & iteratam, denuo interponemus per Diffinitorem, & Procuratorem reddentes rationem, vt pax & tranquillitas inter amantissimos vtriusq; Conuentus, & Prouincię filios vnius, professionis, & charitatis vinculo vnita, semper floreat, vigeat què.

Item denunciamus R. P. Fr. Michaelem de Santo Hyacintho fuisse asignatum, & deputatum ab hoc nostro Diffinitorio in Diffinitorem Capituli Generalis; cũque sit ritè, & canonicè electus, rogamus RR. P. N. Mag. Generalem, vt tãquam verus Diffinitor ad Vniuersa Prouincię negotia pertractanda à sua Reuerendissimæ Paternitate admitatur benignè: quem etiam instituimus in Procuratorem Generalem Prouincię coram Romana, & Regia Curia: supplicamus autem RR. P. N. Mag. Generalem, vt pro sua benignitate supplere dignetur omnes, & singulos defectus, quos fortè in hac electione, asignatione, & deputatione commissos fuisse contigerit; qui propter nimiam distantiã à sua Reuerendiss. Paternitate pręueniri non possunt.

Istæ sunt declarationes.

DEclaramus nullas, omnes protestationes factas in electionibus, quę in hac Prouincia celebratę sunt contra ea, quę in Capitulo Generali Valentię celebrato anno Domini 1647. declar. 1. repetitum est scilicet *Declaramus*, & ad lites, & fraudes vitandas decernimus, quòd in electionibus, sic possint fieri protestationes, & oppositiones, quòd liceat quidem electoribus, post electionem protestari, & se opponere electori quantum ad personam electi, vel quantum ad defectus, qui in actu formali electionis euenerint, sed quantum ad ea, quæ pręcedunt actum formalem electionis scilicet collationem Schedularum, vt circa validitatem votorum, si aliquis excludi debeat, vel admitti, siue quantum ad vim si scilicet electoribus facta fuerit vis, vel non facta, & similiter circa quæcumque ad materiam, vel formam electionis expectantia, quæ

actum

actum formalem electionis scilicet actualem collationem schedularum præcedunt, non liceat alicui electori post electionem protestari, seu electioni se opponere; decernentes omnes similes protestationes, & oppositiones, nullas, & pro nullis habendas, nec earum aliquam rationem haberi debere, & opponentes hoc modo fore puniendos. Quibus insistendo, nullas invalidas, & nullius valoris, vel momenti contra formam hîc datam declaramus.

2 Vt autem opinionum varietatem remoueamus,& fixum habeamus terminum, circa electiones Diffinitorum Capituli Prouincialis, & Examinatores Vocalium electorum. Declaramus, quod cum in hac Prouincia Diffinitores Capituli Prouincialis non eligantur per nationes, neque Examinatores PP.Vocalium electorum: debere obseruari id, quod in Constitutionibus nostris determinatur, dist. 2. c.5. §.3. in glos. litt. A. videlicet, quod præfati Examinatores scrutiniorum proponantur à P.Prouinciali, seu à Vicario Generali Prouinciȩ de concilio Patrum Prouinciȩ. vt in Capitulo nostro Prouinciali 1642. sub titulo declarationis continetur.

3 Item declaramus R. P. N. Fr. Ludouicum de Orduña huius Capituli Diffinitorem acceptatum esse in Magistrum Sacrȩ Theologiȩ titulo prædicationis, quia in Capitulo antecedenti Prouinciali acceptata fuerunt Acta Capituli Generalissimi, in quibus pro hac Prouincia Mexicana inter Magistros instituitur, creatur, ac promouetur; & si necesse est de nouò acceptamus,& acceptatum esse declaramus. Simulque declarantes quod iuxta concessionem illi factam à Reuerendissimo P. N. Mag. Generali eius antiquitatem pro gradu Magisterij computari debere,à die promotionis in Capitulo Generalissimo factȩ,in qua examen subiit,& sub approbatione de manu prȩdicti RR. P. N. Mag. Generalis fuit graduatus, vt constat de suis litteris patentibus authoritate Appostolica firmatis, & roboratis, & huic Diffinitorio exhibitis.

4 Item declaramus R. P. M. Fr. Antonium de Amaya per mortem R. P. M. Fr. Ioannis de Medrano, declaratum

fuisse

fuiſſe à R. P. N. Prędeceſſore, debere obtinere locum inter Magiſtros numerales Vacantem, ob mortem dicti Patris Magiſtri ex natis in indijs, & filijs conuentus Mexicani, quam declarationem de nouo facimus, confirmamus, & approbamus.

5 Item declaramus R. P. Mag. Fr. Franciſcum Gomez eſſe acceptatum pro loco vacanti ex natis in Hiſpania, & filijs Conuentus Angelopolitani, ob mortem R. P. Fr. Saluatoris de Salazar filij eiuſdem Conuentus & nationis, ſeruatis omnibus, quę ſeruanda ſunt à R. Admodum P. N. Prouinciali prędeceſſore, & ſi neceſſè eſt denuo acceptamus, & acceptatum eſſe declaramus.

6 Item declaramus R. P. Fr. Nicolaum de Contreras filium Conuentus Mexicani natum in Indijs, eſſe acceptatum pro loco vacanti Preſentaturę, ob promotionem ad Magiſterij gradum R. P. Fr. Antonij de Amaya, eiuſdem nationis, & Conuentus filij, & ſi neceſſè eſt denuo acceptamus, & acceptatum eſſe declaramus.

7 Item declaramus R. P. Fr. Ildefonſum de la Barrera filium Conuentus Mexicani ex natis in Indijs, eſſe acceptatum Preſentatum numeralem in loco vacanti R. P. Fr. Chriſtophori de Pocaſangre ad Magiſterium aſſumpti, eiuſdem nationis, & Conuentus filij, & ſi neceſſè eſt denuo acceptamus, & acceptatum eſſe declaramus.

8 Item declaramus R. P. Fr. Thomam Beltran filium Conuentus Mexicani ex natis in Indijs legitimè occupaſſe locum Pręſentaturę vacantem, ob promotionem ad gradum Magiſterij R. P. Fr. Auguſtini Godinez eiuſdem Mexicani Conuentus filij, & ſi neceſſè eſt denuo acceptamus, & acceptatum eſſe declaramus.

9 Item declaramus R. P. Fr. Illefonſum Franco filium Mexicani Conuentus ex natis in Indijs legitimè eſſe declaratum Prędicatorem Generalem eiuſdem Cōuentus Mexicani, ob mortem R. P. Fratris Ioannis de Eſquibel, eiuſdem nationis, & Conuentus filij, à R. P. N. prędeceſſore, & ſi neceſſe eſt, dictam declarationem confirmamus, denuoq; acceptamus,

& ac-

& acceptatum esse declaramus.

10 Similiter declaramus R. P. Fr. Petrum de Barcena, ex natis in Indijs filium Conuentus Angelopolitani Prędicatorem Generalem, legitimè declaratum esse, debere occupare locum vacantem per mortem R. P. Fr. Dominici de Carballo, eiusdem nationis, & Conuentus filij, à R. P. N. prędecessore, quam declarationem confirmamus, & approbamus, & pro tali loco acceptamus, & acceptatum esse declaramus.

11 Item declaramus ritè, & rectè fuisse declaratum à R. Adm. P. N. prędecessore Prędicaturam Generalem R. P. Fr. Michaelis de Sancto Iacintho, in Capitulo suę electionis 1646. esse acceptatam pro loco vacanti Cōuentus SanctęMarię de la Piedad R. P. N. Fr. Ludouici de Orduña, huius Capituli Diffinitoris, ad Magisterium titulo Prędicationis assumpti, pro natis in Hispania, & filijs huius Conuentus Mexicani, litteras què patentes dictę Prędicaturę, pro dicto Patre huic Diffinitorio exhibitas, Authoritate Appostolica roboratas à S. D. N. Inn. Decimo, humilliter acceptamus, & si necessè est dictum locum legitimè occupasse declaramus.

12 Item declaramus R. P. Fr. Antonium Adorno Prędicatorem Generalem legitimè esse declaratum pro loco vacanti Conuentus S. Ioannis Baptistę de Cuyoacan, pro filijs Conuentus Mexicani ex natis in Hispania, ob mortem R. P. Fr. Francisci de Azuage, eiusdem nationis, & Conuentus filij, A. R. P. N. Prędecessore. Quam declarationem de nouo facimus, & factam confirmamus, & approbamus.

13 Item declaramus R. P. Fr. Christophorum de Roxas Naruaez, Prędicatorem Generalem ex natis in Hispania Conuentus Angelopolitani, per mortem R. P. Fr. Francisci Vallejo eiusdem Cōuentus, & nationis, Prędicatoris Generalis Cōuentus nostri Sanctę Crucis de Zacatecas, legitimè acceptatum esse, & pro tali loco, & Conuentu declaratum esse à R. P. N. Prędecessore; quam declarationem si necessè est de nouo facimus, & factam confirmamus, & approbamus.

14 Item declaramus R. P. Fr. Ioannem de Auila Prędi-

 catorem

catorem Generalem titulo linguæ Mexicanę, ex natis in Hispania, Conuentus nostri Angelopolitani, ob mortem R. P. Fr. Francisci Gonçalez eiusdem nationis, & Conuentus filij, legitimè declaratum fuisse pro tali loco numerali titulo linguę Mexicanę à R. Adm. P. N. prędecessore; quam declarationem si necessè est de nouo facimus, & factam confirmamus, & approbamus.

15 Vltimo declaramus, omnes declarationes factas à R. Adm. P. N. prędecessore, pro locis vacantibus ob mortem, tàm graduatorum, quàm Prędicatorum, & reductiones ad numerum taxatum huius Prouinciæ, ritè, rectè, & legitimè esse factas, & quatenus opus est de nouo facimus, innouamus, & confirmamus, & acceptamus, acceptatasq́ esse declaramus.

Istæ sunt Institutiones.

INstituimus, & exponimus in Ministros Indorum omnes asignatos, & in posterum, inter ipsos asignandos iuxta Bullam S. Pij Quinti fælicis recordationis.

Item instituimus in Examinatorem pro lingua Chochona R. P. N. Fr. Didacum Garcia Pręd. Gen. huius Cap. Diffin.

Instituimus in Examinatores Confessorum, & Prædicatorum pro Hispanis, & informationum eorum qui ad habitum sunt recipiendi in Conuentu nostro Mexicano, & Angelopolitano RR. PP. Regentes, & duos Theologię Lectores, pro natione Mexicana, quantum ad sufficientiam in hoc idiomate R. P. Fr. Franciscum de los Rios, & R. P. Fr. Iacinthum de Ribera: pro natione Misteca R. P. Fr. Iosephum de Estrada. Et pro natione Chochona de Tepexic, R. P. Fr. Bartholomęum Cabeças, huius idiomatis Prędicatorem Generalem.

Instituimus in Socium R. Admodum P. N. Prouincialis R. P. Fr. Franciscum de los Cameros Pręd. Gen.

Instituimus in Prędicatorem Generalem pro natione Chochona Domus nostrę Sancti Dominici de Tepexic R. P. Fr. Bartho-

Bartho-

Bartholomęum Cabeças, Vicarium eiuſdem Domus, ob mortem R. P. Fr. Ioannis Riço, pro natis in Hiſpania, & filijs Conuentus noſtri Angelopolitani; declarantes habere omnia, & ſingula requiſita ſecundum Conſtitutiones noſtras, & acta Capitulorum Generalium, pręcipuè Romę 1629. vt per inſtrumenta legitima, huic Diffinitorio exhibita, & notorietatem laborum, per multos annos inſiſtēdo prędicationi huius difficillimę linguę conſtitit. Non obſtante acceptatione Capituli Prouincialis antecedentis, & inſtitutione ibi facta in virtute literarum Reuerendiſsimi Patris Noſtri Generalis, in perſona R. P. Fr. Ioannis Diaz Ponce, eo quòd ex narrata falſa ab examinatoribus, & vocum iudicibus ſubreptitię iudicatę fuerunt, & conſequenter ipſarum locus vacans.

Pro inſtituendis, & amouendis Vicarijs in Domibus habentibus ſuffragium iuxta, & ſecundum formam pręſcriptam in Ordinatione RR. P. Noſtri Generalis Nicolai Rodulphi Pariſijs 20. Auguſti 1632. denuntiata, & acceptata, & inſerta in Capitulo Prouinciali 1642. inſtituimus, & nominamus R. P. N. Fr. Ludouicum de Orduña Diffinitorem.

R. P. Fr. Franciſcum Naranjo, Mag. Sancti Thomæ Cathedræ Moderatorem.

R. P. Fr. Ildefonſum de Gironda, Magiſtrum.

R. P. Fr. Ludouicum de Cifuentes, Magiſtrum.

R. P. Fr. Antonium de Amaya, Magiſtrum.

R. P. Fr. Marcum Muñoz, Magiſtrum.

Attendentes, quòd in bona Nouitiorum educatione pręcipuè conſiſtit, noſtri Ordinis Sanctitas, & obſeruantia conformiter ad ea, quæ in Capitulo Generali Valentię 1647. ſub titulo *Inchoationes*, nu. 4. continentur, re accuratè, & maturè inſpecta; de prudentia, diſcretione, & noſtrarum legum obſeruantia.

RR. PP. Fr. Barnabę de Villaſana, Prędicatoris Generalis, & Fr. Ioannis Gomez, experientia comprobata, confidentes, eos eligimus, & inſtituimus in Nouitiorum Magiſtros Conuentus Mexicani Fr. Barnabam de Villaſana; & Angelopolitani Fr.

Ioan.

Ioannem Gomez, admittentes eos ad omnes gratias,& exemptiones in Cap. Gen. Magistris Nouitiorum ritè institutis concessas, vt in illis continentur.

Istæ sunt ordinationes.

ORdinamus, vt petitiones huius Prouinciæ die decima octaua factas, anno millesimo sexcētesimo vigesimo quarto,& in Capitulo Generali exhibitę,& ibi concessum huic Prouincię repetantur. Videlicet, quòd peti possit à Sanctissimo vt qui ad Pręsentaturę gradum promouendi sint triginta quinque, ad Magisterium quadraginta annos expleuisse debeant, & quòd nullus exponatur ad dictum Pręsentaturę gradum, qui cursum Artium, & Theologiam, per quatuor integros annos in aliquo studio Generali non perlegerit. Similiter que nullus exponatur ad gradum Magisterij, nisi cursum Artium, & Theologiam per octo integros annos in aliquo studio Generali non perfecerit. Et his qui in Prędicatores Generales erunt instituendi, prędicationis octo annorum tempus prescribatur. Commitimus R. P. Fr. Michaeli de Sancto Iacintho Prędicatori Generali, & Diffinitori, vt pręmissis quę pręmittenda sunt ea forma,& his qualitatibus vtatur hac prędicti Cap. Tholossę concessione, circa eos, qui in posterum ad gradus, & Prędicatorum munus sunt instituendi.

2 Ordenamos, y mandamos, que ningun Religioso de esta nuestra Prouincia à el entrar, y salir de las Ciudades de Mexico, y la Puebla, entre en casa alguna de seglar sin especial licencia de N. M. R. P. Prouincial inscriptis, ni los assignados en pueblos de indios, si no fuere à las casas conuinadas.

3 Item Ordenamos, y mandamos à los PP. Priores de nuestros Conuentos de Mexico, y la Puebla, no embien Religiosos à entierros, si no fueren de personas de gran calidad, aquienes el Conuento tenga precissas obligaciones.

4 Item

4 Item Ordenamos, y mandamos à los PP. Priores de nueſtros Conuentos de Mexico, y la Puebla, que tengan gran cuydado, en que los PP. Lectores de Artes, y Theologia lean ſus horas, entera, y perfectamente, tengan ſus ordinarias conferencias, concluſiones publicas, y Sabatinas, y aſsiſtan à los caſos, q̃ preciſſamente ſe tengan à la hora acoſtũbrada, ſin que aya deſcuido ninguno, porque de la ſolicitud, y cuydado que en eſto ſe puſiere ſe ſigue el augmento de los eſtudios, coſa tan propria de nueſtra profeſsion, encargando como encargamos las conſciencias de los Prelados, q̃ en eſto fueren negligentes.

Item Ordenamos, y mandamos, in meritum obedientiæ à los PP. Priores de nueſtros Conuentos de Mexico, y la Puebla, que ſon, y adelante fueren, que no den el habito de nr̃a Religion à qualquiera que lo pidiere, aſsi de el Coro, como de Lego, por eſtar eſta nueſtra Prouincia muy cargada, y llena de Religioſos; quitandoles como les quitamos la authoridad para poderlos recebir: anullando como deſde luego para entonces anullamos, irritamos, y caſamos qualeſquier recepciones, que hizieren, y dieren; declarando, como declaramos, que ſi alguna vez, ò vezes fuere preciſſo el recebir à alguno, ò à algunos à el habito, y profeſsion de nueſtra Religion, ſea con expreſſa licencia inſcriptis de N. M. R. P. Prouincial.

Item Ordenamos, y mandamos, conforme à la Acta de el Capitulo Generaliſsimo de Roma de el Año de 1644. que es en orden la Veinte; que ſe ponga el mayor cuydado, que ſer pueda en la inſtruccion, y enſeñança de los Religioſos Legos, y en lo que deuen ſaber ſegun el eſtado que tienen de humildad, principalmente en lo que toca à la doctrina Chriſtiana, mortificacion de los affectos, ſaber bien ayudar à Miſſa; compoſicion de coſtumbres, modeſtia, y compoſtura en lo exterior, feruor, y continuacion en la Oracion: de lo qual en todas las Viſitas de N. M. R. P. Prouincial ſe haga en eſto diligente examen, aſsiſtiendo à el el R. P. Prior de la Caſa donde ſe hiziere el tal examen, con todos los PP. de conſejo, para que acabado el dicho examen, ſegun los votos ſecretos

de los

de los Examinadores; aquellos que se hallaren faltos se castiguen con pena condigna à su defecto, y los que notable, ò enormemente se hallaren rudos, incapazes, ò discolos sean corregidos, y castigados seueramente hasta quitarles los escapularios si necessario fuere. Y encargamos la consciencia à nuestro *M. R.* P. Prouincial in diem Domini, que como vee, y entiende con su prudencia execute lo que tan sanctamente està aqui dispuesto.

Item Ordenamos, y mandamos à todos los Religiosos de nuestra Prouincia Assignados en Pueblos de indios, que digan diez Missas por las que deuen los dos Conuentos de Mexico, y la Puebla, con que descargamos nuestras consciencias, y la obligacion que dichos Conuentos tienen de decirlas.

Item Ordenamos, y mandamos à el P. Procurador de Prouincia embie à cada Casa, y Conuento de esta nuestra dicha Prouincia vnas Actas de este nuestro Capitulo, y cobre el precio, que fuere tassado por N. M. R. P. Prouincial, para el gasto de la imprenta.

Istæ sunt admonitiones.

ADmonemus R. P. N. Priorem Prouincialem, & humili, qua possumus instantia supplicamus ad euitanda damna, quæ non sine magno Religionis detrimento occurrunt, quòd præoculis habeat id, quod in constitutionibus nostris dist. 2. cap. 13. in glos. litt. N. in fine sic habetur: declaramus in Romano Cap. 1580. publicatum fuisse Breue Gregorij XIII. in quo ipse Summus Pontifex Prelatis omnibus Ordinis nostri in virtute sanctę obedientię mandat, ne ad instantiam, & petitionem quarumcumque personarum, siue sęcularium, siue ecclesiasticarum extra eumdem ordinem Constitutarum, etiam Cardinalatus honore, & quacumque sęculari dignitate, & excellentia etiam Ducati, Regali, & Imperiali fulgentium: cuilibet dicti Ordinis Religioso vllam gratiam conce-

concedere, vel pœnas aliquas remittere audeant, quinimo quoscumque dicti Ordinis Fratres, & Religiosos, qui contra decreta suarum Constitutionum, hac via, & his medijs per conquisitos fauores, & suffragia aliquid sibi procurauerint: ad talia, & similia, ac etiam maiora in eodem ordine consequenda perpetuò inhabiles declarauit. Quamobrem singulos nostri Ordinis Prȩlatos admonemus, vt scientes se non posse absque peccato mortali quidquam ad sȩcularium, vel personarum instantiam concedere abstineant prorsus, neque id vnquam faciant. Subditos vero paritèr admonemus, vt considerantes se inhabiles fieri ad ministeria omnia, caueant, ne aliquid hoc modo procurent. Et quoniam ex huiusmodi emēdicatis suffragijs Religionis ruina, prȩsertim exoritur eiusdem actus, atque tranquilitas summopere perturbatur, distributiuȩ iustitiæ aditus intercluditur, ambitioni via aperitur, vt demum indigni (vt pote audaciores) virtute prȩditis, ac benemeritis in sua se humilitate continentibus interdum prȩferuntur: id circo ad huiusmodi abusus euellendos in virtute Spiritus sancti, & sanctȩ obedientiȩ sub formali prȩcepto, necnon sub pœna excommunicationis latȩ sententiȩ, hac vna pro trina Canonica monitione prȩmissa prȩcipimus, ne quisquam directè, vel indirectè, per se, vel per alium pro se, vel pro aliis eiusdem Ordinis fratribus, apud personas, extra nostrum ordinem constitutas, & ex nostro ordine non assumptas gratiam aliquam, vel pœnarum remissionem à Prȩlatis nostri Ordinis obtinendam procuret. Et sub eodem formali prȩcepto, eàdemque censura, probibemus quemlibet hac de causa aliqua munera sȩcularibus promittere, vel exhibere.

Item admonemus R. P. N. Prouincialem, y con toda humildad supplicamos, mande poner en execucion las Ordenaciones de N. Reuerendissimos, y de esta nuestra Prouincia, en orden à los Religiosos de otras Prouincias, que assistē assi en este Conuento, como en los demas de ella; pues los motiuos, y causas que contienen dichas ordenaciones se experimentan oy tener necessidad (por auerse aumentado) de entero cumplimiento.

Vltimo rogamos à N. M. R. P. Prouincial, que con toda atencion, y cuydado procure à que con grande vigilancia se vele el rebaño de la casa de Nouicios, dandoles el Maestro conueniente para su educacion, y enseñança, no permitiendo que se ordenen si no fuere passando por riguroso examen; y que no salgan fuera de Casa en los dias electiuos, ni tengan recreaciones; para que con el recogimiento se entrieguen à los estudios, viuiendo siempre con la obseruancia debida; y en esto le encargamos la consciencia à N. M. R. P. Prouincial, con que descargamos las nuestras.

Renunciamus concessionem lecturę Artium pro Conuentu nostro Sanctę Marię del Rossario de Guadalaxara, ob multa inconuenientia, ob carentiam Scholasticorum, indigentiam què illius Conuentus pro sustentatione fratrum ibi degentium.

Istæ sunt commissiones.

COmmittimus R. P. Fr. Didaco de Castro huius Conuentus Cantori, vt quotannis Kalendarium imprimat, & forte iuxta normam, & reformationem noui Breuiarij, & Missalis.

Istæ sunt Assignationes.

¶ IN CONVENTV *nostro S. P. N. Dominici de Mexico.*

R. A. P. N. Fr. Lazarum de Prado, M. quondam Prouincialem.

R. P. Hieronymum Rubion, M.

R. P. Fr. Damianum de Porras, M.

R. P. Fr. Franciscum Naranjo, M. & in hac Regia Vniuersitate Cathedrę S. Thom. Moderatorem, & Regētem studij.

R. P. Fr. Ildephonsum de Gironda, M.

R. P.

R. P. Fr. Ludouicum de Cifuentes, M.
R. P. Fr. Petrum de Ocharte, Supp.
R. P. Fr. Gregorium Curiel, Prę.
R. P. Fr. Hyacinthum de Gueuara, Prędsentatum.
R. P. Fr. Ildephonſum de la Barrera, Prędsentatum.
R. P. Fr. Ildephonſum Diaz, Prędsentatum.
R. P. Fr. Barnabam de Villaſana, Pręd. Gen. quem damus in Mag. Nouiciorum.
P. Fr. Ioannem Baptiſtam de Cabrera.
P. Fr. Didacum Palomares.
P. Fr. Lucam Martinez, Pręd. Gen.
P. Fr. Ioannem de Herrera.
R. P. Fr. Franciſcum de los Cameros, Pręd. G. & ſocium R. A. P. Prouincialis.
P. Fr. Ildephonſum Franco, Pręd. Gen.
P. Fr. Didacum Barriga. Pręd. Gen.
P. Fr. Ioannem Mendez.
P. Fr. Antonium de S. Maria.
R. P. Fr. Michaelem de Sancto Hyacintho, P. G. & Diffinitorem Capituli Generalis, & Procuratorem in Romana, & Regia Curia.
P. Fr. Auguſtinum de Fonſeca.
P. Fr. Didacum de Caſtro, Cantorem.
P. Fr. Thomam de Salas.
P. Fr. Sebaſtianum Moreno.
P. Fr. Chriſtophorum de Roxas.
P. Fr. Rochum de la Serna, Pręd. Gen. & Procuratorem Prouinciæ.
P. Fr. Michaelem Gallo.
P. Fr. Ioannem de la Cueua.
P. Fr. Didacum Piquero.
P. Fr. Franciſcum de Oſeguera, Vicarium Monialium.
P. Fr. Vincentium Gomez.
P. Fr. Ioannem de Algezira, Vicarium Conuentus.
P. Fr. Hyeronimum Cantu.
P. Fr. Didacum Marin, Procuratorem Conuentus.
P. Fr. Didacum Ramirez, Vicarium indorum.
P. Fr. Ioſeph de Meſa, Lectorem Theologiæ,
P. Fr. Dioniſium de Balcarcer, Lect. Theologiæ.
P. Fr. Thomam del Pino.
P. Fr. Ildephonſum Dorantes.
P. Fr. Ioannem Marin.
P. Fr. Petrum Cabello.
P. Fr. Ioſeph de Venauente, Mag. ſtud.
P. Fr. Didacum de Lugo.
P. Fr. Ildephonſum Pacheco.
P. Fr. Nicolaum Iurado.
P. Fr. Ildephōſum de Guzman.

P. Fr. Ioſeph de Herrera.
P. Fr. Franciſcum Muñoz.
P. Fr. Didacum de Oluera,
P. Fr. Ioannem de Carranza.
P. Fr. Bernardum de Soria.
P. Fr. Nicolaum de Caſtro.
P. F. Ioannem Romero, lect. Artium.
P. Fr. Ioannem Brauo.
P. Fr. Didacum de Villafranca.
P. Fr. Ioannem de Araujo.
P. Fr. Franciſcum Muñoz de la Barquera.
P. Fr. Ioſeph Patiño.
P. Fr. Petrum de Paredes.
P. Fr. Ioannem de Angulo.
P. Fr. Andream del Roſſario.
P. Fr. Franciſcum Moreno.

Diaconos.

Fr. Michaelem Cano.
Fr. Chriſtophorum Tellez.
Fr. Ioannem de Pedroſa.
Fr. Ioannem del Caſtillo.
Fr. Ferdinandum de Monroy.
Fr. Franciſcum de Alcantara.
Fr. Ioſeph de Roca.

Subdiaconos.

Fr. Andream de Andrada.
Fr. Petrum de Eſpinoſa.
Fr. Antonium de Carmona.

Acolytos.

Fr. Didacum Correa.
Fr. Ioannem de Abarca.
Fr. Philippum Galindo.
Fr. Ioſeph de Areſti.
Fr. Ioannem Rodriguez.
Fr. Didacum de Caſeres.
Fr. Ioannem de Medrano.
Fr. Auguſtinum de Buſtamãte.
Fr. Philippum de Villarroel.
Fr. Didacum Corteſero.
Fr. Philippum Garcia.
Fr. Franciſcum Godina.
Fr. Philippum de Peralta.

Laicos.

Fr. Franciſcum Cañiſares.
Fr. Stephanum de Aguilar.
Fr. Petrum de los Sanctos.
Fr. Petrum de Cueuas.
Fr. Ioannem de Eſpinoſa.
Fr. Laurentium de la Vega.
Fr. Melchiorem de Bonilla.
Fr. Ferdinandum Sanchez.
Fr. Franciſcum de los Rios.
Fr. Dominicum Zapata.
Fr. Antonium de Herrera.
Fr. Michaelem Sanchez.
Fr. Franciſcum de Arguello.
Fr. Ioannem de Soto.
Fr. Hyeronimum Pereira.
Fr. Nicolaum Garcia.

Fr.

Fr. Andream de Torreblanca.
Fr. Ioannem Romero.
Fr. Dominicum de la Cruz.
Fr. Antonium de Almeida.
Fr. Gaſparem de los Reyes.
Fr. Ioannem de Ribera.
Fr. Franciſcum Montez.
Fr. Hyeronimum de Eſcalante.
Fr. Michaelem Gomez.
Fr. Gregorium Cabello.
Fr. Philippum Rodriguez.
Fr. Antonium de S. Ioſeph.
Fr. Ioſeph de Borja.
Fr. Ioſeph Mercado.

¶ IN CONVENTV *noſtro S. P. N. Dominici de la Puebla.*

R. P. Fr. Hyacinthum Carauallo, M. & Regentem.
R. P. Fr. Franciſcum Gomez, M.
R. P. Fr. Nicolaum Corona, Pręd. Gen. & Suppr.
P. Fr. Bartholomęum Bernal, Pręſentatum.
P. Fr. Laurentium Farfan.
P. Fr. Gregorium Palomares, Pręd. Gen.
P. Fr. Chriſtophorum de Contreras.
P. Fr. Ioannem de Leon.
P. Fr. Ioſeph de Chaues.
P. Fr. Didacum de Barcena, Regentem ſtudij.
P. Fr. Bartholomęum de Moya.
P. Fr. Ioannem de Cuenca.
P. Fr. Marcum Lopez, Procuratorem Prouincię.
P. Fr. Andream de Silva, Vicarium Conuentus.
P. Fr. Ioannem de Almazan.
P. Fr. Alvarum Rodriguez.
P. Fr. Marcum Baptiſtam.
P. Fr. Ildephonſum de Leon, Lect. Gram.
P. Fr. Chriſtophorum Rodriguez.
P. Fr. Paulum de Inoſtroſa.
P. Fr. Franciſcum Yañes.
P. Fr. Didacum de Eſcalante.
P. Fr. Ioannem Gomez, Mag. Nouit.
P. Fr. Ioſeph de la Veguellina, Mag. ſtud.
P. Fr. Manuelem de Meſa, Lect. Theolog.
P. Fr. Ildephonſum Iurado.
P. Fr. Franciſcum Camacho, Cantorem.
P. Fr. Bernardum de Andia.
P. Fr. Gabrielem de Neira, Lect. Theolog.
P. Fr. Ioannem Alvares, Lect. Artium.
P. Fr. Petrum de Acoſta.
P. Fr. Andream Iurado.
P. Fr. Ioſeph Lopez.
P. Fr. Ioannem Amphonſo.
P. Fr. Petrum Tamaris.

P. Fr. Ioſeph Alvarez.
P. Fr. Ioſeph Rodriguez.
P. Fr. Ioſeph Altamirano.
P. Fr. Nicolaum de Roſales.
P. Fr. Hyeronimum de Vergara.
P. Fr. Franciſcum de la Torre.
P. Fr. Nicolaum Corona.
P. Fr. Baltaſarem de los Reyes.
P. Fr. Antonium Paſerola.
P. Fr. Hyeronimum de Texeda.
P. Fr. Ioannem de Silva.

Diaconos.

Fr. Ioannem Gonzalez.
Fr. Salvatorem Zerezo.
Fr. Boecio Zaballos.
Fr. Bartholomęum de Aguilar.

Subdiaconos.

Fr. Ioſeph Sequera.
Fr. Ioſeph Arualles.
Fr. Ferdinandum Galindo.
Fr. Sebaſtianum Rodriguez.

Acolytos.

Fr. Ioſeph de Ariza.
Fr. Petrum Gonzalez.
Fr. Petrum de Vergara.
Fr. Ioſeph Merino.
Fr. Ioannem de Cordoua.
Fr. Blaſium de Villanueua.
Fr. Auguſtinum Fernandez.

Fr. Ioſeph de Moya.
Fr. Ioſeph de Almaçan.
Fr. Nicolaum Arualles.
Fr. Simonem de Oliuera.
Fr. Didacum del Guerto.
Fr. Ioannem de Inoſtroſa.
Fr. Ignatium de Vergara.
Fr. Laurentium de Balles.
Fr. Franciſcum de Oroſco.

Laicos.

Fr. Barnabam de Porras.
Fr. Manuelem Fernandez.
Fr. Petrum de Galbes.
Fr. Ferdinandum Gordillo.
Fr. Manuelem de los Reyes.
Fr. Chriſtophorum Rodriguez
Fr. Didacum de S. Ioſeph.
Fr. Paſqualem Moreno.
Fr. Franciſcum de la Cruz.
Fr. Nicolaum Fernandez.
Fr. Raphaelem Gomez.

¶ IN COLLEGIO *noſtro Sancti Ludouici Ciuitatis Angelorum.*

R. P. Fr. Andream Montez, Prę ſ. & Rectorem.
R. P. Fr. Michaelem de Leon, M. & Regentem.
P. Fr. Ioannem de Eſcamilla, Reg.
R. P. Fr. Ludouicum de Roſas, Vice Rect.

P. Fr.

P. Fr. Ioannem Romero, Lect. Theolog.
P. Fr. Barnabam Muñoz, Lect. Theolog.
P. Fr. Antonium Gallegos, Procuratorem.
P. Fr. Nicolaum de Pantoja, Mag. stud.
P. Fr. Ioannem de Casasola, Lect. Artium.
P. Fr. Ioannem Ortiz.
P. Fr. Petrum Camacho.
P. Fr. Franciscũ de Inostrosa.
P. Fr. Ioseph Garcia.
P. Fr. Laurentium de Pantoja.
P. Fr. Michaelem de Estrada.
P. Fr. Ioseph de Olachea.
P. Fr. Ioseph Martinez, Lect. Gram.
Fr. Balthasarem de Villafaña.
Fr. Ioseph de Villanueua.

Laicos.

Fr. Ioannem de Morales.
Fr. Nicolaum de Contreras.

¶ IN COLLEGIO N. *S. P. N. Dominici de Porta cœli.*

R. P. Fr. Ioseph de Ayrolo, Pręd. Gen. Pręs. & Rect.
R. P. Fr. Laurentium Maldonado, Pręs.
R. P. Fr. Thomam Beltran, Pręs.
R. P. Fr. Rodericum de Medinilla.
P. Fr. Dominicum de Amasa.
Fr. Ludouicum Hortiz.
P. Fr. Ioseph Dorantes.
P. Fr. Thomam de Morales.

Laicos.

Fr. Hyeronimum de Carrança.
Fr. Bernardum Diaz.

¶ IN CONVENTV N. *Sanctę Crucis de Zacatecas.*

R. P. Fr. Ioseph de Erenchun, quem damus in Priorem.
P. Fr. Ioannem del Castillo.
P. Fr. Ioannem de Albear.
P. Fr. Gregorium de Moya.
P. Fr. Ludouicum Ceron.
P. Fr. Ildephonsum Nieto.
Fr. Ildephonsum de Herrera, Laicum.
Fr. Gregorium de Auila, Laicũ

¶ IN CONVENTV N. *Sanctę Marię Pietatis de Atlexucan.*

R. P. Fr. Thomam de Morales, Priorem.
R. P. Fr. Ioannem de Texeda, Supp.

¶ IN CONVENTV *Sanctę Marię de Guia in noua Veracruce.*

R. P.

R. P. Fr. Franciſcum Carrero, Priorem.
P. Fr. Blaſium Dominguez del Corral, Suppriorem.
P. Fr. Balthaſarem de Baeza.
P. Fr. Bernardum Ordoñes.
P. Fr. Inigum de Caſtañeda.
Fr. Laurentium Fernandez, Laicum.

¶ IN CONVENTV N. B. *Marię del Roſſario de Guadalaxara.*

R. P. Fr. Ioannem de Monroy, Prędic. Gen. & Priorem.
P. F. Franciſcum Beltran.
P. Fr. Franciſcum de Herrera.
P. Fr. Marcum Rubio.
P. Fr. Ioannem de Eſcobar, y Mota.
P. Fr. Ioannem Alvarez.
P. Fr. Petrum de Viana.
Fr. Nicolaum de Mora, Laicũ.

¶ *IN* CONVENTV N. *Sancti Ioannis Baptiſtę de Coyoacan.*

R. P. N. Fr. Ildephonſum de Orduña, quondã Prouincialem, Priorem.
P. Fr. Ioannem Martinez de Ayala, P. G.
P. Fr. Mathiam de Ribera.
P. Fr. Ioannem Baptiſtam del Caſtillo.
P. Fr. Andream de Seruantes.
P. Fr. Benedictum Pabon.
P. Fr. Ludouicum Vallejo.

¶ *IN* CONVENTV N. *S. P. N. Dominici de Itzocan.*

R. P. Fr. Didacum Gonzalez, M. Priorem.
P. Fr. Ioannem Bocardo.
P. Fr. Franciſcum de Andonagui.
P. Fr. Ludouicum Creſpo.
P. Fr. Chriſtophorum de Roxas Narbaez, P. G.
P. Fr. Laurentium Dauila.
P. Fr. Ioannem Ramirez.
P. Fr. Ioannem Cedeño.
Fr. Didacum del Caſtillo, laicũ.
Fr. Gaſparem Fernandez, laicũ.

IN NATIONE MEXICANA.

¶ IN DOMO NOSTRA *Sancti P. N. Dominici de Oaxtepec.*

R. P. Fr. Ioannem de Burgos, Vicarium.
P. Fr. Antonium de Adorno, P. G.
P. Fr. Ioannem de Eſquibel.
P. Fr. Nicolaum de Villalobos.

¶ *IN* DOMO NOSTRA *S. Marię Magdalenę de Tepetlaoztoc.*

R. P.

R. P. Fr. Petrum Cabeças, Vicarium.
P. Fr. Ioannem Rojel.
P. Fr. Nicolaum de Segura.
P. Fr. Petrum Monaſterio.

¶ IN DOMO N. N*atiuitatis B. Marię de Tepuztlan.*

R. P. Fr. Petrum de Barcena, P. G. & Vicarium.
P. Fr. Ioannem Ponce de Leon, P. G.
P. Fr. Andream de Caſtro.
P. Fr. Ioſeph de la Gaſca.

¶ *IN* DOMO N. *Aſumptionis B. Marię de Yauhtepec.*

R. P. Fr. Didacum de Velaſco, Vicarium.
P. Fr. Ludouicum Mohedano.
P. Fr. Didacum Fernandez.
P. Fr. Hyacinthum de Roxas.
P. Fr. Gregorium de los Sanctos.

¶ *IN* DOMO N. *Aſumptionis B. Marię de Amecamecam.*

R. P. Fr. Laurentium de Figueroa, Pręſent. & Vicarium.
P. Fr. Laurentium Velaſquez.
P. Fr. Ioannem Duarte.
P. Fr. Thomam Arias.
P. Fr. Michaelem de Ceſar.

¶ *IN* DOMO N. *SS. Apoſtolorum Philippi, & Iacobi de Atzcapotzalco.*

R. P. Fr. Didacum de Arellano, Pręſent. & Vicarium.
P. Fr. Hyacinthum de Sancto Gregorio.
P. Fr. Ildephonſum Paez.
P. Fr. Ildephonſum Hortuño.
P. Fr. Nicolaum de Figueroa.
P. Fr. Nicolaum de Cabañas.

¶ *IN* DOMO NOSTRA *Purificationis B. Marię de Atlacoayan.*

R. P. Fr. Marcum Muñoz, M. Vicarium.
P. Fr. Ildephonſum Romero.
P. Fr. Ioannem Martinez.

¶ *IN* DOMO NOSTRA *SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli de Tlahuac.*

R. P. N. Fr. Petrum Lopez Florin, huius Capituli Diffinitorem, Vicarium.
P. Fr. Ioſeph de Torrez, P. G.
P. Fr. Beltrandum de Montaluo.
P. Fr. Petrum de Eſcobar.

¶ *IN* DOMO NOSTRA *Sancti Vincentij de Chimalhuacan Chalco.*

R. P. Fr. Christophorum de Sancto Hyacintho, P. G. & Vicarium.
P. Fr. Ioseph de la Vega.
P. Fr. Ioannem de Seruantes.
P. Fr. Dominicum Mexia.

¶ IN DOMO NOSTRA
B. Mariȩ de Tepapaecan.

R. P. Fr. Ildephonsum de Aguilar, Vicarium.
P. Fr. Ioannem Perez.
P. Fr. Gregorium Bocardo.
P. Fr. Hyeronimum de Medrano.

¶ IN DOMO NOSTRA
Sancti Ioannis Baptistȩ de Tetelan.

R. P. Fr. Ioseph de Ybarra, Vicarium.
P. Fr. Laurentium de Armenta.

¶ IN DOMO NOSTRA
S. P. N. Dominici de Chimalhuacan Atenco.

R. P. Fr. Franciscum de Espinosa, Vicarium.
P. Fr. Ioseph Ponze.
P. Fr. Ioannem de Ariza.
P. Fr. Ioseph Vallesteros.

¶ IN DOMO NOSTRA
Natiuitatis B. Mariȩ de Coatepec.

R. P. Fr. Michaelem de Meneses, Vicarium.
P. Fr. Melchiorem de Chaues.

¶ IN DOMO NOSTRA
Sancti Hyacinthi de Itztapalocan.

R. P. Fr. Petrum de Oyanguren, Prȩd. G. Vicarium.
P. Fr. Didacum Nuñez.

¶ IN DOMO NOSTRA
Sancti Ioannis Baptistȩ de Tenanco.

R. P. Fr. Hyeronimum de Rueda, Mag. & Vicarium.
P. Fr. Michaelem Lopez.

¶ IN DOMO NOSTRA
Sancti P. N. Dominici de Tlàquiltenanco.

R. P. Fr. Ioannem de Leon, Prȩsentatum, & Vicarium.
P. Fr. Ioannem de Velasco.
P. Fr. Ioseph Barbero.
P. Fr. Ioannem de Estrada.

¶ IN DOMO NOSTRA
S. Michaelis de Tlaltizapan.

R. P. Fr. Ioseph de Estrada, y Escouedo, Vicarium.
R. P. Fr. Andream de Valdes, Prȩsentatum.
P. Fr. Melchiorem Tamayo.
P. Fr. Didacum Tinoco.

¶ IN

¶ IN DOMO NOSTRA
Sancti Iacobi Apostoli de las Amilpas.

R. P. Fr. Christophorum Arias, Vicarium.
P. Fr. Ioannem de Arriola. P. G.
P. Fr. Raymundum Vallejo.
P. Fr. Sebastianum de Solis.
P. Fr. Ildephonsum Pauon.
P. Fr. Christophorum Montaño.

¶ IN DOMO NOSTRA
Sancti P. N. Dominici de Hueiapan.

R. P. Fr. Ioannem Delgado, Vicarium.
P. Fr. Nicolaum de Moctezuma.

¶ IN DOMO NOSTRA
S. Augustini Palpan.

R. P. Fr. Ludouicum de Merida, P. G. & Vicarium.
P. Fr. Ildephonsum de Paredes.
P. Fr. Nicolaum de Vargas.
P. Fr. Marcum de Saauedra.

¶ IN DOMO NOSTRA
Sancti P. N. Dominici de Xochitepec.

R. P. Fr. Sebastianum Delgado, Vicarium.
P. Fr. Petrum Carrillo.
P. Fr. Ildephonsum de Montoya.

¶ IN DOMO NOSTRA
Sancti P. N. Dominici de Huehuetlan.

R. P. Fr. Ioannem Nauarro, Vicarium.
P. Fr. Martinum de Gaona.
P. Fr. Ildephonsum Diaz.

¶ IN DOMO NOSTRA
S. Michaelis de Tlilapan.

R. P. Fr. Ioannem Dauila, P. G. & Vicarium.
P. Fr. Hyeronimum Solano.
P. Fr. Franciscum Rangel.

¶ IN DOMO NOSTRA
SS. Apostolorum Petri, & Pauli de Ecatzinco.

R. P. Fr. Ioannem de Valdes, Vicarium.
P. Fr. Didacum Vexarano.
P. Fr. Ioseph Barbero.

¶ IN DOMO NOSTRA
S. Pauli de la Puebla.

R. P. Fr. Hyeronimum de Alfaro, Vicarium.
P. Fr. Didacum Naranjo.

¶ IN DOMO NOSTRA
S. P. N. Dominici de Mixcoac.

R. P. Fr. Antonium de Amaya, M. & Vicarium.
P. Fr. Laurentium de Salinas.
P. Fr. Hyacinthum de Ribera.

¶ IN DOMO NOSTRA *Sancti Andreę Apostoli de Ahuatelco.*

R. P. Fr. Antonium del Castillo, P. G. & Vicarium.

P. Fr. Ioannem de Pastrana.

P. Fr. Lucam Gonzalez.

¶ IN DOMO NOSTRA *S. Hyacinthi de Cuyoacan.*

R. P. N. Fr. Didacum de Monroy, M. quondam Prouincialem, & huius Capituli Diffinitorem, Vicarium.

P. Fr. Stephanum Montes.

P. Fr. Nicolaum de Salazar.

IN NATIONE MIXTECA.

¶ IN DOMO NOSTRA *S. P. N. Dominici de Tepexic.*

R. P. Fr. Bartholomęum Cabezas P. G. & Vicarium.

P. Fr. Franciscum Ponce.

P. Fr. Ferdinandũ de Gongora.

P. Fr. Ioannem Diaz Ponce.

P. Fr. Didacum Lescano.

P. Fr. Petrum de Valencia.

Fr. Ludouicũ Gonçales, laicũ.

¶ IN CONVENTV N. SS. *Apostolorum Petri, & Pauli de Teposcolula.*

R. P. Fr. Christophorum Romero, Priorem.

P. Fr. Andream de Rueda.

P. Fr. Ioseph de Mendoça.

P. Fr. Ioannem de Frias.

P. Fr. Thomam Mexia.

¶ IN DOMO NOSTRA *Sancti Ioannis Baptistę de Cuextlahuac.*

R. P. Fr. Ioseph de Estrada, Vicarium.

P. Fr. Ioannem de Vargas.

P. Fr. Didacum de Figueroa.

P. Fr. Ioannem de Zea.

P. Fr. Ioannem de Truxillo.

¶ IN DOMO NOSTRA *Natiuitatis B. Marię de Tamaçolapan.*

R. P. Fr. Ildephonsum de la Cueba, Vicarium.

R. P. N. Fr. Didacum Garcia, P. G. & huius Capituli Diffinitorem.

P. Fr. Ioannem de Sancto Iacobo.

P. Fr. Petrum Pacheco.

¶ IN DOMO NOSTRA *Sancti Iacobi Apostoli de Texupan.*

R. P. Fr. Ferdinandum Gutierrez, P. G. & Vicarium.

P. Fr. Mathiam de Vriarte.

¶ IN

¶ IN DOMO NOSTRA *Assumptionis B. Mariȩ de Chila.*

R. P. Fr. Bartholomȩum de la Prada, Vicarium.
P. Fr. Franciſcum Ojalbo.
P. Fr. Martinum de Inſauſti.

¶ IN DOMO NOSTRA *Sancti P. N. Dominici de Tonala.*

R. P. Fr. Franciſcum de Villalpando, Vicarium.
P. Fr. Gaſparem de Valdes.
P. Fr. Ioannem Barrientos.
P. Fr. Hyeronimum del Poço.

¶ IN DOMO NOSTRA *SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli de Tequiziſtepec.*


R. P. Fr. Antonium de Gazeta, Vicarium.
P. Fr. Ludouicum de Quiroz.
P. Fr. Ioannem de Gazeta.

¶ IN DOMO NOSTRA *Sancti Ioannis Baptiſtȩ de Huexoapan.*

R. P. Fr. Petrum de Valdecañas, Vicarium.
P. Fr. Gabrielem de Sepulbeda.
P. Fr. Ioannem de Andrada.

¶ IN DOMO NOSTRA *Sancti Ioannis Baptiſtȩ de Yohualtepec.*

R. P. Fr. Antonium de Valleſteros, Vicarium.
P. Fr. Ludouicum Gomez.



MAndamos, que eſtas Actas ſe lean cada quatro meſes en los refectorios de Mexico, y la Puebla, para que trayendolo à la memoria ſe guarde, y cumpla, como es juſto. Y encargamos à los RR. PP. MM. de Eſtudiantes de Mexico, y la Puebla las hagan leer.

Iſta ſunt ſuffragia pro viuis.

PRO Sanctiſsimo D. D. N. Innocencio X. & pro fœlici ſtatu Sanctæ Romanę Eccleſię, quilibet Conuentus, & domus, vnam Miſſam.

¶ Pro Catholico Rege N. Philippo IIII. Regina Dña N. & Prole Regia, quilibet Conuentus, & domus vnam Miſſam.

¶ Pro Excellentiſsimo Comite de Alba de Liſte, huius Nouæ Hiſpaniæ Prorege, ac pręclariſsima eius familia, quilibet Conuentus, & domus, vnam Miſſam.

¶ Pro illuſtriſsimo, ac Reuerendiſsimo D. D. Ioanne de Mañozca, huius Metropolitanę Eccleſię digniſsimo Archiepiſcopo, quilibet Conuentus, & domus, vnam Miſſam.

¶ Pro Reuerendiſs. P. N. Vicario Generali totius Ordinis Prędicatorum, & pro augmento noſtri Ordinis, quilibet Conuentus, & domus, vnam Miſſam.

Suffragia pro defunctis.

PRO anima RR. P. N. Mag. Generalis Thomę Turci, quilibet Conuentus, & domus, vnam Miſſam.

¶ Pro omnibus Fratribus, Monialibus, & Confratribus à pręcedenti Capitulo vſque ad pręſens defunctis, & pro omnibus benefactoribus, quilibet Conuentus, & domus, vnam Miſſam.

¶ Vbi imponimus Conuentui, & domui vnam Miſſam recitabunt fratres Clerici ſeptem Pſalmos pœnitentiales. Los Hermanos Legos rezaran vn Roſario entero de Nueſtra Señora.

¶ Aſsignamus futurum Capitulum pro electione Prouincialis in hoc noſtro Regali Conuentus S. P. N. Dominici de Mexico, Dominica 4. poſt Octauas Paſchę, Anni Domini ventu-

venturi 1654. die 9. Mensis Maij. Videlicet Deus à quo bona cuncta. Datis, & actis in hoc nostro Regali Conuentu die 28. mensis Maij Anni Dñi 1650. quas manu propria subscripsimus, & sigillo minori Offitij nostri communiri mandauimus.

Fr. Ioannes de Paredes
Prior Prouincialis.

Fr. Didacus de Monroy, Magister, quondam Prouincialis, Primus Diffinitor.

Fr. Ludouicus de Orduña, Magister, ac Secundus Diffinitor.

Fr. Didacus Garcia, Predicator Gener. & Tertius Diffinitor.

Fr. Petrus Lopez Florin, Quartus Diffinitor, & Vicarius.

De mandato R. ad. P. N. Prioris Prouincialis, & Diffinitorij.

Fr. Michael de Sancto Hyacintho Prędic. Gener. huiusq́ Capituli Secretarius omnibus fidem feci.

1650

Fr. Ioannis de Paredes,
... Provincialis.

Fr. ... de Almo... Ma... quondam Provincialis, ... Diffinitor.

Fr. Ludouicus de ... Magister ... Diffinitor.

Fr. ... Garcia, Predi... ... Diffinitor.

Fr. ... Diffinitor, et ...

De mandato R. ad. P. N. Provincialis, ... & Diffinitorij.

Fr. Michael ... de ... Capituli ...

BA650
D671a

